NICOLAVS HERRERA VTRIVSQ. SIGNATVRAE S.D.N. PP. REFEREND.
eiusque Sanctæ Sedis Apostolicæ in Regno Neap. Nuntius, & Generalis Collector,

Reu.D. [illegible] Salutem,& in commissis diligentiam. Cum nobis munus sit a S.D.N. demandatum in vniuerso Regno Neapolitano, ac Ciuitate,& Comitatu Beneuentano capiendi,& recuperandi spolia Clericorum, qui ex hac mortalitate decesserint, vel alias quomodolibet ad Cam. Apostolicam spectantia, ac capiendi possessionem, omnium, & quorumcumque beneficiorum pro tempore vacantium; idq. pr nosmetipsos vbique locorum præstare minimè valeamus, itaut proborum virorum fidelitas, integritas,& opera, ad ea exequenda nobis sit deligenda. De virtute igitur,& experientia tua, quidem quæ tibi committenda duxerimus probe, ac studiose, atq. actu, & re ipsa per te ipsum,& non per inrerpositam personam exequeris,& ad id spetialiter te obligabis, plurimum in Domino committenda. Reuocantes in primis omnes,& quoscumq. Commissarios, Procuratores,& Subcollectores in infrascriptis locis per Nuntios prædecessores deputatos, te in *Locis Bitani, et Castelli, Sotti, Abbatis, Recignani, et Castellum*, eiusdem Cameræ Apostolicæ Commissarium,& Subcollectorem, tenore præsentium, ad nostrum beneplacitum creamus, constituimus,& deputamus. Dantes tibi potestatem, & authoritatem,& quascumque informationes capiendi, ac super spolijs, processus conficiendi,& omnia, ac singula spolia, mobilia,& immobilia, ac se mouentia cuiuscumque qualitatis,& quantitatis, existentia quorumcumque Clericorum quacumquedignitate, etiam Episcopali, Archiepiscopali, vel maiori fulgentium, quæ remanserunt, remanent, remanebunt; vacauerunt, vacant,& in posterum vacabunt,& ad ipsam Cameram iure spoliorum quomodocumque spectabunt, iura,& actiones Cam. Apost. diligenter inquirẽdi, & à manibus quarumuis personarum petendi, exigendi,& recuperandi,& manu publici Notarij inuentaria conficiendi,& penès aliquem fide,& facultatibus idoneum, deponendi, tuo tamen periculo,& pro cautione Cameræ penès quoscumque, prout melius expedire videbitur, sequestran. Necnon ad reuelationem,& relaxationem quorumcumque spoliorum, iurium,& actionum ad dictam Cam. spectan per pœnas pecuniarias, tuo arbitrio,& nomine Cam. Apost. imponendas,& eidem Cam. Apost. applicandas, seu per alia iuris,& facti remedia; ac in iuris subsidium per censuras Ecclesiasticas quascumque personas monen. citan. examinan.& pro informatione nostræ Curię testes pro veritate reperien. ad examen cõpellendi, ac contra quoscumque detentores,& indebitè occupantes bona,& spolia prædicta procedendi, atq. omnia alia,& singula faciendi, gerendi,& exequendi, quæ iuribus dictæ Cameræ expedire cognoueris, ac in præmissis,& circa ea quomodolibet necessaria fuerint,& oportuna. Cum potestate res,& bona sub spolijs huiusmodi comprehensa,& eorum ratione quomodolibet debita, præcedentibus publicis bannis,& subhastationibus plus offerendi, vendendi,& alienandi (nostro tamen ad hoc in scriptis, accedente speciali mandato,& non alias, nec alio modo) pretiumque exinde prouenies, recipiendi,& exigendi, atq. de perceptis,& exactis,& tam pecunijs, quam rebus alijs quibuscumq. per cautelas, siuè publicas, siuè priuatas scripturas quietandi,& cessuris inodatos, atq. implicitos ex causis præmissis post plenam satisfactionem,& restitutionem absoluendi. Cum potestate etiam recolligendi,& recuperandi omnes,& quoscmq. fructus, redditus,& prouentus quorumcũq. beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura,& sine cura, Secularium, ac etiam quorumuis ordinum Regularium in dicto Regno consista. etiam in quocũq. mense pro tempore vacan. tàm ante obitum illorum possessorum, siue pendentes, & maturatos, ac etiam solo minimè separatos, seù nondum exctos, quam etiam post eorum obitum, vsque ad diem captæ possessionis dictorum beneficiorum. per successores in eis maturandos, seu decurrendos pro rata temporis à die acceptæ possessionis eorundem beneficiorum, iuxta formam motus proprij fel.rec. Sixti Papæ Quinti. Volumus autem, quod cum primum ad notitiam tuam peruenerit, aliquem ciricum, seu beneficiatum ab hac luce decessisse, in primis,& ante omnia nos,& non alios certiores, quam primum facere omninò tenearis,& statim capta informatione,& fabricato processu super dictis spolijs pro informatione nostræ Curiæ in casibus,& iuxta tenorem instructionum a nobis emanatarum,& tibi consignatarum, dictum processum ad nos fideliter transmittas; nullamq. aliam facultatem tibi assumas in spoliorum causis sub pœna ducatorum mille,& priuationis officij,& in iuris subsidium excommunicationis,& aliarum pœnarum etiam corporalium, arbitrio nostro infligendarum. Propterea, tibi amplam potestatem, vt supra,& auctoritatem damus capiendi,& conseruandi realem,& actualem possessionem, nostro,& Cam. Apost. eiusdem nomine quorumcumque Monasteriorum,& beneficiorum, cum cura,& sine cura pro tempore vacantium, præsertim in mensibus reseruatis, ac inhibendi omnibus,& singulis Ordinarijs, ne se ingerant in collatione beneficiorum, quorum dispositio S. D. N. & Sedis Apostolicæ reseruata, vel affecta est, sub pœna amissionis gratiæ alternatiuæ, residentibus Episcopis, qui illam, iuxta Constitutionis editæ formam eamdem gratiam acceptauerint, concessæ,& in dictis beneficijs, iuxta decreta Sacr. Conc. congruè deseruire faciendi; ita tamen, vt eorumdem beneficiorum, vt supra possessionem captam, sine nostro in scriptis mandato, nemini tradas, vel relaxac ab eisdem quoscumque illicitos detentores intrusos expellere possit, inuocato in omnibus,& singulis præmissis, quotiescumque opus fuerit auxilio brachij secularis. Nostrum tamen intentionis est, ad prouidendum Cam. Apost. indemnitati, quod si aliquis ex Commissarijs per Nos in alijs locis deputatis, seù deputandi in exequendis mãdatis nostris per nos illi iniunctis minus diligenter se præstiterit, tu in quocumque negotio per dictos Commissarios neglectò procedere valeas. Declarantes, quod si in eodem loco, vel loci, alius Commissarius per Nos fuerit deputatus, tu in causis portionis, seu locorum ipsi assignatorum minimè se ingeras, nisi in casum negligentiæ prædictæ: & de huiusmodicio actu per te ipsum fideliter exercendo, & de non recipiendo aliquod genus muneris, neq. etiam esculenta, & poculenta, quæ triduo consumi possint, iuxta formam iurcommunis, iuramentum in manibus nostris, siuè à nobis deputandi, iuxta formam desuper traditam præstare,& nobis, nostrisq. successoribus Nuntijs, vel Cam. Apost. de reddlo fidele,& legale computum,& rationem, ac reliqua restituendi apud nostrum,& Cameræ Apost. Actuarium idoneè cauere tenearis infra mensem à die datæ præsentium, aliaæsens deputatio sit nulla, vltra alias pœnas, arbitrio nostro infligẽdas; quam quidem rationem siuè computum singulo saltem quoque anno, etiam irrequisitus, omninò reddere tenearis, sub pœnis in Bulla fel.rec. Pauli Papæ Tertij contẽtis, alijsq. arbitrio nostro infligendis. Dantes,& concedentes tibi in præmissis omnibus gerendis,& exequendis vis,& voces nostras, donec illas duxerimus reuocandas. Mandantes omnibus,& singulis Cõmissarijs deputatis, seu deputandis, sub eadem pœna priuationis officij,& alijs nostro arbitrio reseruatis, vt tibi debitam obedientiam,& omne auxilium in omnibus negotijs pro seruitio eiusdem Cam. Apost. requisiti præstent,& impartiantur. Datum *Neapoli in Palatio Nunt. Apost. Die xx Januarij 1623*

Locorum Bitani, Castelli, Sotti, Abbatis, Recignani, et Castellum, Courtonis, Serre, Athene, Valle, Caudule, Bonabbacoli, Mondi, Bitani, Sancti, Cauarne, et Castellum Cocchi, Atripaldi, Sorrenti, et Vicecomitis, Caserte et Vicecomitis,

Se trasferirà [illegible] per [illegible] Febraro 1623

[illegible]

H. Herr. Nunt. Apost.

Guidobaldus Fallus secret.

Reg. in Lib. Cod. fol. 98—